



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

Iacobvs Sadoletvs Episcopus Carpentoractis Federico Gregosio
Archiepiscopo Salerni S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)



JACOBI SADOLETI
EPISCOPI CARPENTOR-
RACTIS IN PSALMVM XCIII.

Deus vltionum Dominus; Inter-
pretatio.

JACOBVS SADOLETVS EPISCO-
pus Carpentoractis FEDERICO FREGOSIO
Archiepiscopo Salerni S. P. D.

QUOD diu ac multum optaueram, Federice Fregosi,
ut mihi exoluto Reip. curis, & eius occupationibus,
qua me nimum diu in Romana aula, apud sum-
mos pontifices districtum tenuerunt, aliquando li-
beret in tuo esse, & sacrarum literarum, omniumq; artium o-
ptimum studio, ac vera delectatione perfrui: id nunc demum,
Dei immortalis beneficio prope singulari, videor consequutus:
acpeccummodi diuina dona esse solent, nihil ferme habeo am-
plius, quod requiram. Nam quum in his locis constitutus sum,
in quibus me maxime esse conuenit, vel officij Deo prestandi gra-
tia, vel pacis & tranquillitatis in animo retinenda: in Ecclesia
mea videlicet, quam mihi caelestibus nuptiis copulatam, omni à
me ope ac studio curari & confoueri est debitum: tum verò cae-
tera cum mea ista voluntate sic omnia consenserunt, vt facile
apparcat, non solum integrorum atque innocentium, sed eorum
etiam, qui labe aliqua peccati infecti sunt, quorum de numero
vltimus, pie tamen in eo spes suas collocantium, salutem & li-
bertatem Deo esse cura. Quamquam quod ad ipsius Dei infini-
tam atque immensam bonitatem pertinet, maior nostra esse de-
bet,

bet, quàm ut huic orationi & tempori conveniat, prædicat
 de hominibus aliquid dicendū est, quorum mihi ad orationem & li-
 teras properanti, benignitas simul & iustitia etiā suffragata pro-
 sequar. Nam quum Rome (ut tunc scis) interioribus, consilio à
 Clemente VII. Pont. Max. adhibitus, summā illius erga me hu-
 manitatem, summā benevolentiam obtinerem, meamque, ut opti-
 mis fidē operamque probarem: tamē quod diu ante intēctum me
 ad hoc ocium, & solius iam Dei seruitutē aspirare ut vultis, cura
 honoribus præmissis, posthabitis, que mihi ab eo multa præce-
 rant, in sententiā nihilominus permanentē, non est ad eum
 voluntati meæ aduersatus, precibusque concessit: egrē illi equum,
 amorem ut cognosceres, sed concessit tamen. Atque viti in-
 dibili quadam animi moderatione præditus, qua omnia sua
 appetitiones, omnia desideria sub leges aequitatis & temperan-
 tiæ redacta esse vult, maluit se opportunitate operæ meæ, quam
 me optato euentu consilii mei carere: cuius ego etiam nunc be-
 nevolentiam & liberalitatem sic fruor, ut patris in reindigen-
 tiam, cum maximi principis iustitiam ac prouidentiam quibus
 absens experiar. Reslabat altera molestia, & alterum meæ que-
 ri impedimentum allarum, quod veltus quibusdam egrē atque
 fundis, noua nonnullorum iniuria ac violentia, mea Ecclesiæ
 creptis, id quod maxime à meo moribus abhorret, in me in-
 litem tamen fuerat necesse. Que quum in senatu Theodosiano cau-
 sa ageretur, remque aduersarii variis calumniis extraheretur,
 non est passum diutius illud grauisimum sapientissimamque con-
 silium, veritate causa perspecta, meo iure, Ecclesiæ sui pro-
 fessionibus fraudari: fidemque suam, & inflexibilem iustitiam, quam
 omnibus paratam exhibet, mihi quoque illam imploranti, non
 grauare præstitit. Quapropter ego his tot Dei & hominum
 neficiis, pacem animi iam & ocium adeptus, ingratus plane
 sem, si non reliquum tempus vite quod superest, in agendis
 omnipotentis gratiis, & in hominum bene de me meritorum
 memoria ac laude recolenda, omne consumerem: nec ad ea conuer-
 terer potissimum actiones, per quas gregi meo primum, & post-
 eam
 meæ fidei creditis, deinde cæteris omnibus qui hæc modo expe-

vena ducunt, aliqua ex meo studio atque vigilia utilitas pa-
 reretur. Que ut cunctis abundantior venire possit, ego, in eo
 prope labore, quod & mihi honestissimum, & reliquis pos-
 sit fructuosissimum, ad meditandas atq; explanandas scri-
 pturas sanctas sum conuersus: in eis enim maxime fontes illi
 adesto scire non desinunt, è quibus quantum vnusquisque
 vult, tantum ad cognitionem Dei atque sui, & ad beatam sibi
 vitam atendam atque irrigandam potest deriuare. Igitur quum
 superioribus, proximis diebus commentariū in Psalmum XCIII.
 composissem, quumq; iam adere ac vulgare opportunum visum
 esset, statim Federice Fregosi, nostra insigni amicitia & vetusta
 familiaritate dignum tibi huius lucubrationis opus & tanquā
 otii nostri primitias deferre. Noui enim te in his sacrarum lito-
 rarum studiis ita intentum dies & noctes, vt alium cultum vi-
 ta sine his nullam esse ducas. Mihi porro ex eo tempore quo Ro-
 ma mansimus vna velut vnanimis, eodem conuictu, domicilio
 habitūq; coniuncti, annis ab hinc si rectè recordor, ferme septen-
 tum, ita inhaesit in animo tuarum praestantissimarum virtu-
 tum admiratio, & iucundissime consuetudinis memoria, vt
 quaquā postea vsus noster multa varietate temporum inter-
 ruptus, & interualis locorum etiam distractus fuerit, manserit
 tamen idem amor, & à mea parte caste integre, seruatus, & ab
 tua siquā iam pluribus declaratus. In quo ego & si plures &
 grauiori causas semper habui colendi & complectendi tui,
 quod excellentem tuam virtutem, quod prudentiam, quod mo-
 deratam animi conspicebam, religionem autem erga sum-
 mum Deum etiam venerabar: tamen tu, quā semper fuisi hu-
 manitati preditus, parem meam conditionem tecum in nostra
 amicitia esse voluisti, statuisq; eodem honore & loco esse debe-
 re, & virtutem ipsam & bonam ac propensam ad virtutem vo-
 luntatem. Accedit quod ambo grauius fortune iniuriis sepe nu-
 mero agitati detrimentisq; multati, alacres tamen animo su-
 mus, eademq; spe & fiducia nitimur, quam habemus directam
 erga summum Deum, cuius munere & beneficio, quum maio-
 rem multo veriorumq; bonorum possessio nobis sit donata, & in
 quibus nullam iam fortuna habet potestatem, eorum egregiam
 utili-

utilitatem & diuinos illos vberes opulentosq; fructus ex di-
 uisimam libris literarū, percipimus, quae vti sunt, sic conueni-
 tur sacra, in quibus & tu summa cum laude versatus es, & ego
 totum dedere me cogito: verum alia quidem alio. Nam, dum
 interpretationem psalmi, nisi me fallit, ad communitatem
 non minimum accommodatam, eo animo accipies, quo in me
 nostra solitus es accipere, amico beneuolus, videlicet: meo, amo-
 re & studio tuo iuuare non desines, ut quae ex me in hoc mundo
 exitura sunt, talia sine, per quae omni recto mori, & saluati-
 ſtae, Catholica, nil vnquam detrahatur: sicut & ego
 primis propositum mihi habeo, & tu fideli tuo consilio,
 praestanteq; doctrina mibi plurimum prodesse
 semper poteris. Vale.

